

# PALAEASTRA LATINA

## S U M M A R I U M

- PHILOSOPHIA HORATIANA, (H. Martija).  
DE COMPARATIVIS, (Jové)  
INTER SCHOLARES  
COMMERCIO EPISTULARE.  
CARMEN HIEMALE, (A. Urquiola).  
NOVA ET VETERA, (I. González).  
QUO NOMINE «TANKE» LATINE VOCEMUS?  
CONLOQUIA IN SCHOLA.  
PER ORBEM (R. Pastó).  
BIBLIOGRAPHIA, (A. Schvvientek, J. Jiménez)  
Q. HORATII FLACCI, (M. A. Caro). in  
operculis.  
EXERCITATIONES SCHOLARES in operculis.  
COMPOSITIONES VERTENDAE, in operculis.

**Ordinarii atque Superiorum permisso**

Q. Horatii Flacci

Oda L. IV, 3.

*Hispane redditia.*

AD MELPOMENEM

Quem tu, Melpomene, semel  
nascentem placido lumine videris,  
illum non labor Isthmus  
clarabit pugilem, non equus impiger  
5 curru ducet Achaico  
victorem, neque res bellica Deliis  
ornatum foliis ducem,  
quod regum tumidas contuderit minas,  
ostendet Capitolio:  
10 sed quae Tibur aquae fertile perfluent  
et spissae nemorum comae  
fingent Aeolio carmine nobilem.

*A quien hayas tornado,  
Melpómene, al nacer ojos propicios,  
ese del pugilato  
en itsmios ejercicios  
la palma a disputar no irá forzado,  
ni por corcel ardiente  
llevado en carro arcaico, su alta gloria  
celebrará la gente  
ni en premio de victoria  
déllicas hojas ceñirá su frente;  
ni será conducido  
en triunfo al capitolio, ni aclamado  
caudillo esclarecido,  
por haber quebrantado  
de reyes fieros el poder temido.  
Al tal inmortaliza  
merced al campo eolio, aquella vena  
que a Tibur fertiliza  
corriendo aquella amena  
floresta hojosa que favonio ríga.*

M. A. CARO.

(sequetur)

**RECOMENDAMOS**

a nuestros lectores y amigos que tomen el disolvéntico  
por excelencia del ácido úrico el

**U R O D O N A L**

para curarse de *reuma* y demás manifestaciones  
del *artritismo*.



# PALAEASTRA LATINA

MENSTRUUS DE LATINITATE COMMENTARIUS

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 6 pessetarum in Hispania, 7 in America et Lusitania, 8 in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem: CERVERA (Lérida) - Universidad - España.

## PHILOSOPHIA HORATIANA

Horatius, poëta philosophus jure optimo dici potest, quod nemo in dubium vocaverit qui vel selecta ex ejus carminibus aut sermonibus legerit: idque non minus causae esse existimo quam poëseos vigor et elegantia cur ab omnibus cuiusvis aetatis litteratis viris fuerit probatus. Nullus quippe poëtarum est qui de vita sapienter beateque instituenda praeceperit saepius, cuius concisae sententiae in proverbia transierunt. Quid de philosophia Horatiana sentiam, prout carminum lectione didici, breviter exponam.

Venusinum poëtam, moralem quam dicunt philosophiam coluisse in comperto est. Quaestiones illas ad mundi originem, ad humanam cognitionem pertinentes, quae tum temporis apud Academi et Peripati asseclas mordicus agitabantur, nihil aut certe parum curavit. Veterum philosophorum vestigiis inhaerens, hanc sibi in investigatione praestituit metam, quid nempe ad bene beateque vivendum conduceret, et omnis in hoc fuit.<sup>(1)</sup>

Tullius in Tusculanis Disputationibus ad quattuor revocat veterum sententias de bono sive de vita beata; «nihil bonum nisi honestum, ut Stoici; nihil bonum nisi voluptatem, ut Epicurus; nihil bonum nisi vacuitatem doloris, ut Hieronymus; nihil bonum nisi naturae primis bonis aut omnibus, aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos disserebat»<sup>(2)</sup>. Noster poëta earum nullam complexus est: «Nullius addictus jurare verba magistri»<sup>(3)</sup>.

Se ipse vocat ventosum, quae vox aptissime notam Philosophiae Horatianae designat, qui omni vento doctrinae circumferebatur:

(1) Epist. I, l. II. — (2) Tusc Disp. V. 30. — (3) Epist. I, l. 14.

«Quocumque rapit tempestas deferor hospes»<sup>(1)</sup>

Audi Stoicum: «Quisnam igitur liber? Sapiens sibi qui imperiosus,  
quem neque pauperies neque mors neque vincula ter-  
responsare cupidinibus, contemnere honores, [rent,  
fortis et in ipso totus, teres atque rotundus»<sup>(2)</sup>

Et in Carminibus:

«Latinus regnes avidum domando  
spiritum, quam si Lybiam remotis  
Gadibus jungas, et uterque Poenus  
serviat uni»<sup>(3)</sup>

Sed haec epicureismum et deismum sapiunt:

«Namque deos didici securum agere aevum,  
nec si quid miri faciat natura, deos id  
tristes ex alto caeli demittere tecto»<sup>(4)</sup>

Et alias: «Mors ultima linea rerum est».<sup>(5)</sup> Unde concludit poëta:

«Dum licet, in rebus jucundis vive beatus»  
«Flores amoenae ferre jube rosae...»

Tum sensus poëtae religiosus mirum in modum ostenditur ut in od. *Dianam tenerae* aut in *Carmine saeculari* cum caput extollit pessimismus scepticus ut in *Horrida tempestas* et *Diffugere nives*. — Qui cecinit: «inmortalia ne speres» ipse inmortalitatem profitetur, dum ait: «Non omnis moriar, multaque pars mei vitabit Libitinam».

At lectorem audio sciscitantem quaenam tandem sit causa tam mirae tamque volubilis Horatianae doctrinae contradictionis?

Sunt qui id adscribant defectui sinceritatis in poëta sceptico et epicureo cuius odae religiosae et patrioticae non ex animo profluebant, et sane philosophiae sententias hinc inde sparsas aliis non sibi curabat adimplendas<sup>(6)</sup>. Alii volunt paulatim evolutam esse Horatii philosophiam; initio Epicureus totam vitae felicitatem in voluptate sitam esse proclamavit; postea vero maturitate aetatis, philophorum lectione et experientia adductus est ut ad altiora vitae principia contenderet<sup>(7)</sup>. Non probanda videtur haec opinio; in promptu mihi sunt Annales carminum Horatianorum ex Caroli Frankii fastis Horatianis desumpti<sup>(8)</sup>, quibus si fidem adhibere licet, nulla adest philosophica evolutio.

Si poëtae ingenium et educationem attente inquisierimus, rem acu, quod ajunt, pertingemus. Horatius libertino et auctionum coactore patre natus<sup>(9)</sup>, auream mediocritatem adeptus, natura modestus

(1) Ib., I. 15. —(2) Sat., II, 7, 83. —(3) Carm. II, 2, 9. —(4) Sat. I, 5, 101. —(5) Epist. I, 16, 79. —(6) Jünneman: Hist. de la Lit. «Horacio», —(7) Berthaut: id, p. 282. —(8) Carmina, ed. Muller, p. 254. —(9) Suetonius Vita Horatii

erat. Pater hortabatur, ait, «ut viverem contentus eo quod mihi ipse parasset»<sup>(1)</sup> a quo epicureismum moderatum edoctus est: «quid sit futurum cras fuge quaerere.»

Aliunde poëta immortalitem in litteris exspectabat; viderat plures e culmine imperii in abyssum miseriae delapsos; Caesarem sicariorum pugionibus infanda caede peremptum, Antonium et Cleopatram ab omnibus exsecratos; Romam vero, diu intestinis bellis dilaceratam, ad pristinum splendorem, Octaviano duce, resurgentem, artes scientiasque floentes, antiquum Deorum cultum instauratum, Horatius vero novae Urbis cantor esse voluit, «Romanae fidicen lyrae», et eadem qua Roma perennitate frui. Ideo se vatem a diis inspiratum et Musarum sacerdotem appellat, suisque facultatibus poëticis innixus canit:

«. . . . usque ego postera  
crescam laude recens, dum Capitolium  
scandet cum tacita virgine Pontifex.»<sup>(2)</sup>

Hinc sensus religiosus, patriae amor, philosophicae sententiae, non stoico sed christiano dignae, quae omnia prima fronte epicureismo, quem nonnulla Horatii carmina redolent, adversantur.

Uno verbo Venusinus poëta veluti duplicum induit personam, aliam modesti civis Romani, cui «vivitur bene parvo», aliam sacerdotis Musarum patriarchumque gloriarum cantoris, qui «non usitata nec tenui fertur pinna biformis per liquidum aethera vates».

Quamquam dignus omnino qui legatur Horatius multumque conferat ad sensum in litteris perficiendum, semper tamen prae oculis habeantur illa S. Basilii verba in *Homilia de libris gentilium legendis*: «Nos, si sapimus, ubi quantum nobis congruit, ac veritati affine est, ex his scriptis conlegerimus, reliquum praemittemus. Et quemadmodum in decerpendo roseti flore sentes devitamus, sic in talibus sermonibus quicquid utile est carpentes, noxiun vitemus.»

HENRICUS MARTIJA, C. M. F.

*Almanaque Católico Hispano-American*o-Año II «Editorial Políglota»-Barcelona.

Magni quidem momenti atque utilitatis lectoribus nostris censemus hujusmodi «Almanaque Católico», Hispanis praesertim et Americanis. Completissimus est atque elegans, hisque sectionibus constat: *Calendario; Statisticis Ecclesiastica et Civilis; Ephemeridibus; Articulis; Informationibus; Varietatibus*.

---

(1) Sat. I, 4. 108.—(2) Carm. III, 30.

## De comparativis

Duo distinguuntur apud grammaticos comparativorum genera, alia absoluta, relativa alia. De utroque genere pauca dicemus scriptori Latino non ignoranda. I. *De comparativo absoluto.* Non sicut de superlativo adeo agitur apud grammaticos de comparativo absoluto, quod si in lingua Hispanica semel iterumque reperitur, non infrequentius occurrit in lingua Latina. Sunt igitur comparativa absoluta, ea quae alterum comparationis terminum expressum non habent, habent certe tacitum, eumque facile detegendum.

*Exempla:* Videntur omnia repentina *graviora*. Eo anno frumentum in Gallia propter siccitates *angustius* provenerat. Omnia plerumque quae absunt, *vehementius* hominum mentes perturbant. Voluptas, cum *major* est atque *longior*, omne animi lumen extinguit. Ordo histrionum olim *contemptior* erat. Indignum est a pari *vinci*, *indignius* ab inferiore. Dic *clarius*. Ut in corporibus magnae dissimilitudines sunt, sic in animis existunt *majores* varietates. Annus Aegyptiorum quinque diebus *brevior* fuit. Rem utilem pessimo exemplo, *pejore* consilio est aggressus. Divitiae hujus hominis, *majores* in dies fiunt. Caesar equitum turmis imperat ut paullo tumultuosius omnibus in locis pervagarentur.

Saepe comparativum absolutum excessum quendam in justa mensura indicat qui apud Hispanos, additis adverbii «un poco» «bastante» «demasiado» «un poco demasiados» solet declarari.

*Exempla:* Senectus est natura *loquatior*. Themistocles cum in epulis recusaret lyram, est habitus *indoctior*. Furor fit laesa *saepius* patientia. Ea ipsa quae dixi, sentio esse *longiora*. Cimon Dolopes, quia *ferocius* se gesserant, Scyro insula expulit. Archias etiam Mario, cum is *durior* esset ad studium poësis, jucundus erat. Si quaedam tibi in hoc libro videbuntur *obscuriora*, cogitare debebis nullam artem sine aliqua exercitatione percipi posse. *Amariorum* me facit senectus; stomachor omnia. Nudius tertius dedi ad te epistulam *longiorem*. Qui *plura* loquitur, is *ineptus* esse dicitur.

Ad exprimendum excessum absolutum communiter positivo addebat Latini sicut nos *nimas*, *nimum*. Sunt tamen adjactiva et adverbia quae ex sese hunc excessum aut defectum innuunt; ea *saepe* nullo juncto accessionis adverbio, solo nempe positivo, reliquebantur, excessum autem manifeste significabant.

*Exempla:* Sero medicina paratur, cum mala per longas invaluere moras. Sero resistimus ei, quem per decem annos aluimus contra nos. *Longum* est omnia enumerare proelia. Helvetii pro multitudine hominum *angustos* se fines habere arbitrabantur. Possum de fellium utilitate dicere, sed nolo esse *longus*. Cives *infirmi* erant ad resistendum. Pater *mature* decessit. Haec apud Junium *parva* et *infirma* sunt. Membra reformidant *mollem* quoque saucia tactum. *Mollis* in obsequium, *facilis* rogantibus esses.

Ea inaequalitas, cum circunstantiam spectat singularem, *comparativo* clauditur et formula *quam pro* cum ablativo nominis substantivi comparationem sustinentis.

*Exempla:* Minor caedes *quam pro* tanta victoria. Ibi castrametatus est *latius quam pro* copiis. Proelium *atrocius quam pro* numero pugnantium editur. Cohortes pulverem *majorem quam pro* numero excitabant. Sedes *excelsior quam pro* habitu corporis. Sumptus multorum hominum *major* est *quam pro* facultatibus. Omnia discendo complecti *majus* est *quam pro* viribus humanis brevique vitae spatio.

Cum comparatio fit cum tota oratione insequenti ponitur *quam ut* et pronomen vel solum *quam cum pronomine relativo*.

*Exempla:* Major (demasiado) sum *quam ut* mihi (*quam cui*) possit fortuna nocere. Haec sunt dicta subtilius (demasiado) *quam ut* quivis possit agnoscere. Chabrias indulgebat sibi liberalius *quam ut* invidiam vulgi posset effugere. Major animus et natura erat Scipio ac majori adsuetus naturae *quam ut* reus esse sciret. Mihi nihil optabilius fuit *quam ut* quam gratissimus erga te esse cognoscerer.

In orationibus comparativis adverbia per o terminantur.

*Exempla:* Eo crassior aér est, quo terris propior. Tanto brevius omne tempus, quanto felicius est. Quanto juniores patrum plebi se magis insinuabant, eo acrius contra tribuni se tenebant. Procellae quanto plus habent virium tanto minus temporis. Quanto vita illorum praeclarior, tanto horum socordia flagitiosior. Quo quisque sapientior est, eo moderatior.

## Inter Scholares

GEORGIUS. — Valesne?

LIVINIUS. — Contemplare vultum.

G. — Quin magis linguam jubes? An me putas medicum? Non rogo quid valeas, nam facies ipsa loquitur te bene valere, sed quomodo tibi placeas.

L. — Corpus quidem belle habet, sed animo male est.

G. — At non valet qui istac parte laborat.

L. — Sic res habent meae. Corpus valent, sed sed aegrotat crumenae.

G. — Facile isti morbo medibitur mater. Ut valuisti usque?

L. — Varie, ut sunt res mortalium.

G. — Annon fuisti semper prospera valetudine?

L. — Quandoque prosperrima, gratia superris.

G. — Laetus istud gaudio. Faxint superi ut istud sit perpetuum ac proprium.

L. — Nunc equidem quoque pulcre valeo, si tu vales.

## Commercium Epistulare

*Andreas Avenarius S. V. D. Emmanueli Jové C. M. F,  
suavissimo amico salutem.*

Rectene suspicor te jamdudum mirari atque etiam subirasci, quod Bavarus ille post iteratas pollicitationes et spei ostentationes ne mutiat quidem tam longo temporis intervallo? Sed si putas oblitum me tui esse, aut te mihi non saepe ob mentem obversatum esse his tribus mensibus, vehementer erras. Neque audies quod fere excusandae in litterarum commercio tarditatis dici sollet: «Tempus non fuit» tametsi verissime id quoque de me confirmarem. Versus finem scholarum aestivarum aestuare et magistros et discipulos uterque experti sumus. Sed post illum aestum sequi feriae consueverunt. Quid tu inquires, ne feriatus quidem vel aliquid efficere potuisti? Adficta eram valetudine. Contraxeram mense Junio nescio unde frigus, quod mihi spiritus viam ita interclusit, ut interdum noctis silentio, cum fuisse coepisset, mugitus ederem et timorem injicerem rectori meo sub mea diaeta dormienti. Ea res in multum feriarum ducta cum esset, postremo ad medicum collorum et narium me contuli, a quo comperi eum, quem ego haussem, caeli spiritam, non satis cribratum ferri ad guttur meum. Suadet, ut interdum haurirem naribus aquam in qua dissolutum aliquantulum salis esset. Quod cum fecisset, revera ea molestia levata est. Neque tamen ita satis salitus eram. Quindecim anni sunt, cum cotidie, ubi surrexi ex lectulo, Benderi taeniis circumvolvo suram cruris sinistri, ne varix, tempore suppositiorum ciborum natus, magis intumesceret. Quod genus morbi, cum Ruperti fratris uxor nuper in patria animadvertisset: At ego suaserim, inquit, ut proficisci ad peritum curandae varicis medicum, cuius domicilium est in vico Scheleissheim, non longe ab urbe Bavarorum. Scripsi ad hominem litteras, et cum fausta repondisset, postridie kal. Sept. iter ducentorum quinquaginta kilometrum ingressus sum. Is solutum sal injectis in venas bis tervi. Consecuta est post tres dies molestissima phlebitis, quae et domum redditum difficilem fecit et septem diebus me sacrificio privavit, cum tanto cruciatu ad aram stare nequaquam possem. Partim in lecto partim in plicatili reclinatorio eos transegi dies. Sed nondum curationis finis est. Octo fere injectionum inveteratum malum erit, sed certum video effectum sanitatis. Idcirco ad Jesu natalem iterum Monachium proficisci et dum alii oblectentur sacris profanisque concessionibus ego peregre cubabo fortasse in lecto. His incommodis factum est, ut ante hunc diem ad scribendum me conferre non possem. Scripsoram me animum convertisse ad elucubratiunculam, quam vidisset in iis libellis, qui «Gottesminne» appellarentur, quae de Santolio hymnographo esset. Illius cum his litteris initium ad te dedi. Sexies aut quinques tantae erit mollis, quam si intellexero tibi probari paulatim suppeditabo. Praeterea addidi carmen quod ante octo fere annos cecini in eum diem, quo in domibus Societatis nostrae certo anni die vacante scholis communis dierum nominalium sollemnitas externa festivo consessu celebrari solebat. Admodum datum mihi esse videtur adolescentulis nostris, quo excitentur ad aestimationem vitae communis re-

mota ab lascivia aequalium. Ergo etiam hoc, si modo tibi expedire videbitur, in Palaestram referendum curabis.

Dabis veniam iot machinae erroribus, si dixero me centies in pangendo coactum esse interrumpere cursum. Opera jam navanda est sacro sermoni de dedicatiane ecclesiae, quem in hac parochia faciendum instante parocho suscepit dominica proxima. Interim tu fortasse haec habes sub oculis. Deus te totamque purissimi Cordis filiorum familiam defendat in hoc contra diabolum conficiu. Proxima dominica occurret hoc anno festus Cordis Mariae dies, qui etiam in societate Verbi Divini praecipuo est in honore, et inter festa primae classis invenitur cum sua octava affixus diei Octobris sextodecimo, quo die alibi festum Marianae Puritatis agitur. Vale IV Idus Oct. cum a thermometro legebam gradus Celsii decem in diaeta mea.

## CARMEN HEMALE

*Cur erunt semper fidibus canenda  
m:unera aestatis, speciesque veris?  
Semper autumnum tepidosque soles  
carmina dicent?*

*Nix adest; nostros tegit illa colles  
asperos saltus, humilesque lares;  
nix adest, cufus rigidus coruscat  
candor ubique.*

*Luctus in rebus faciesque mortis  
omnibus; caelum rapuere nimbi;  
quidquid est horret superincidente  
undique bruma.*

*Nullus in terris color est, nec ultro  
ulla vox turbat tacitam quietem:  
decidunt silvae foliis rigente  
flamine raptis.*

*Nunc gregem pastor stabulo recludit  
et ferae notas adeunt latebras;  
ales hac illac gemebunda sedes  
quaerit apricas.*

*Omne, quod vita fruitur vel auras  
carpit, abstrusis latet in cavernis;  
dormiunt sulcis segetes datura  
semina laetas.*

*Rure disjectis domibus, corona  
cinctus infantum focus ardet almus,  
unde lectorum sinuose in altum  
culmina fumant.*

*Sunt ibi, quamvis vacat arte mensa,  
dona quae autumnus facilis profudit  
caseus mordax et odora mella et  
mitia poma.*

*Forte si caeli dubios pererrat  
ambitus tristis volucris marina,  
aut edax corvus, cui guttur asprum,  
insidet arvis;*

*aut famis dirae stimulo coactus  
si lepus linquit pavidus cubile;  
aut aper campis metuendus atro  
irruit ore:*

*ecce venator cane praeunte,  
hinc et hinc illos animosus instat,  
atque transfigit semel impeditos  
alite plumbo.*

*Jam nives passim gelidae sub acri  
imbre solvuntur vel agente vento, et  
fluctibus fixas superant per agros  
flumina ripas.*

*Innatant late tumidis fluentis  
arborum trunci pecorumque spectra,  
quae procellosum rapido vehuntur  
vortice in aequor.*

*Imber et brumae glacies nivesque  
nubila et venti tenebraeque caeli  
insimul tollunt Dominum Satorem  
laude perenni.*

FR. F. ANTONIUS URQUIOLA

## NOVA ET VETERA

Hoc quidem speramus fore, ut Latina aliquando lingua, quod usque fuit in votis, videamus nostris oculis auribusque abuti; res saltem a litteratissimis viris et a continuationis Ciceronianae studiosis atque simplicitatis Terentianae esset speranda. Id tamen nihil potest impedire aut debet, quin nostra in Palaestra saepiuscule agamus de evulganda in dies magis magisque apud litterarum humaniorum cultores Latinitate.

Ergo tabula hodierna, curiose lector, ostendit aliqua familiaris vitae utensilia depicta, quae quidem tamquam manum articulo huic conficiendo dabunt. Nullo, mihi crede, negotio alumni, cum picturam oculis illustraverint adjunctam, vernaculorum in ea reminiscetur vocabulorum. Latina autem nomenclatura, ut mos est adfere meus, ea est:

1 Sede <sup>cula</sup>	11, 17 scopae
2 capsa	12 qualus
3 armarium	13 cophinus
4 muscarium	14 peniculamentum
5 tapes	15 peniculus
6 scabellum	16 scalaria
8 sella	18 sedile
9 storea	19 scalae
10 penicillus	

Linguae quidem Latinae exercitationi nostra in cotidiana vita unum quasi offendiculum, idque pedibus manibusque subigendum, obstat: earum ignorantia, quae saepe numero veniant in usu dictionum, non secus atque rationum conloquendi usitatisimarum. Is nempe est institutionis hodiernae naevus! Hoc autem nativae loquelae impedimentum superandum erit duorum classicorum, Planti et Terentii, lectione sedula atque studio. Ibi enim et simplicitatem linguae et salubritatem dictionis videre est. Operae, igitur, pretium foret in scholari consuetudine, ut ii poëtae comicci, salvis semper moribus, diligentius voverentur. Eorum auctorum enim sermo donec a nobis subtilius teneatur, usus familiaris Latinae linguae non nisi loquendi sartago, ideoque usque neglegendus, erit.

Adposita vero pictura, jucunde lector, et nomen aliorum domesticorum utensilium, eorumque fortasse tabulae non minus communium, evocat. Deniorem sane doleo non fuisse in manibus picturam, quae lectionis hodiernae






quasi compend' om̄ esset. Huic itaque rei subveniendae, praecipuae domus sūpellectilis nomina dabo:

Abacus	culcita	lectus	muscarium	sartago	tabula
aqualis	flabellum	malluvium	narthecium	scamnum	tryblium
batillum	foculus	mappa	nasiterna	scimpodium	umbella
bisellium	hydria	mensa	pelvis	scrinium	vestiarium
cervical	laconicum	monopodium	pertica	siparium	
cortina	lampas	mundus	pluteus	subsellium	

Atque his tandem, ut finem versibus imponam, nonnullas adfero salutandi auspicandique formulas quae maxime in familiari usu veniunt. Partim ex



#### Erasmianis conloquiis excerptiae fuerere.

In congressu: Salve, pater, matercula, frater, soror, patruelis, consobrina, nepos, neptis; salve multum, mi patruel, matruelis, vitricus, neverca, levir, glos. Ave praceptor observande, praetor, praefecte, tribune. Salvus sis, adulescens, ephabe, juvenis, vetule. Salve meus amor, meum corculum, meum deus, meum delicium, mea lux meum

mel, ocella mi, oculi mei, meum solacium, mea spes, meum suavium, mea vita, mea voluptas. Salve bone, bone vir, sodalis; salve vir ornatissime, clarissime. Salve etiam atque etiam, amicorum optime; salve multum, plurimum. Salvete, quotquoī estis, una salute omnes. — *Resp.:* Salve et tu, mi pater, matrcula, amice, juvenis. Salve tantudem, amicorum optime, congerro lepidissime; salve et tu iterum atque iterum, perpetuum. Atque ego salvare te jubeo; a me vero salvebis. Tuque sis salvus.

In digressu: Valete, amici; bene vale atque calceos mutes. Cura ut valeas; tuam valetudinem cura diligenter. Jubeo te bene valere; tu valebis. Valeto quam optime, pancratice, athletice. Vale, ut dignus es, ut meritus; in hoc biduum valebis; ut prospere valeas; vale atque salve. Da operam ut sis prospira valetudine. Curam age valetudinis tuae; habe curam salutis tuae. Te curare cuticulam jubeo; cura mens ut sit sana in corpore sano. Da operam ut totus cum corpore tum animo valeas. — *Resp.:* Dabitur a me quidem opera; valebis et tu; tibi vicissim prosperam precor valetudinem; tuque prospere valeas; tuae agas valetudinis curam. Salve supremum; in perpetuum, frater, ave atque salve.

I. GONZÁLEZ, C. M. F.

## Quo nomine *Tanke* latine vocemus?<sup>(1)</sup>

(*His litteris ad nostras respondit Fornarius  
in «Alma Roma» unde eas desumpsimus*)

Hisce litteris (*a*) grato illo animo relatius, quo amicorum scripta in commentario nostro edenda accipio, liceat mihi, in causam, prouti vulgo dicitant, vocato, nonnulla ad rem addere.

*Castellum* proposui unice si placuerit versionem litteralem et bellicam simul Anglice vocis *tank* adhiberi; ipse autem fixitatis—sit *venia verbo—notam* in *castello* animadverti; quamquam addidi; si phrasi usi fuerimus «admovere castellum» aut simili, ecquis non intelligat de machina bellica agi, castelli ad instar munita?

*Helepolim*—non *hellepolim* (*b*)—at-tuli, si testudineae machinae—*helepolim* enim tamquam testudinis genus Ammianus considerat — magnitudinem, et ruinam ab eo inductam asserere voluerimus.

Sed *tank* dicere malui (*c*) *testudinem*, vel addito, ad naturam rei peculiariter indicandam, adiectivo *ballistarum*, ut Romani sive ex fine, sive ex tormento bellico quo potissimum uterentur, qualificationem testudini apponebant *agges-titiae, fossoriae, arietiae*, etc.

Non commune igitur, Jové mi, nomen suggesti, sed et singulare et proprium; (*d*) quam proprietatem ostendi ex duabus testudinum descriptionibus explicatissimis a Vitruvio depromptis, in quibus similitudo cum *tank* non solum exstruktione, figura, bellica vi, sed ex ipsa machinae motione apparebat: «Ea machina —ita Vitruvius—sex modis movebatur, progressu, item latere dextra ac sinistra; porrectione non minus in altitudinem extollebatur et in imum inclinatione demittebatur». (*e*) Hercle! haec verba hodie referens, Vitruvianam hanc testudinem in hostes procedentem non aliter mihi effingere valeo, quam ut procedentes

### Notae marginales in Fornarii epistulam

a) *Josephus Fornarius, lustra quatuor Aliae Romae clarus Moderator, in eo commentario post nostras litteras ad Aenarium datas, quas in superiore Palaestrae Latinae numero quisquam relegerit, has suas addidit. Quas libentissime in commentarium nostrum excepimus ut de re, quam agunt, lectores suum ipsorum iudicium ferre valeant.*

b) *Mendum hoc exciderat cum in Alma Roma literae nostrae sunt editae; non excidit tamen cum eas in nostra Palaestra Latina transcripsimus. Nos utique solemus non nostras solum sed et amicorum maculas prius retractare quam prelo subeant, quas «aut incuria fudit aut fanaticus error aut humana parum carit natura».*

c) *Gaudeo, hercle! nec castellum nec helepolim tibimet ipsi satis placuisse. Nec nobis igitur in illis inmorandum.*

d) *Neque adeo singulare et proprium nomen credas necesse est cum tu ipse «ad-dito ad naturam rei peculiariter signifi-candam adiectivo ballistarum» testudinem suades appellare.*

e) *In editione critica Teubneriana quam recognovit Krohn et Lipsiae edidit anno 1912 aliquatenus inmutatus est textus hoc modo: Ea machina sex modis movebatur: progressu «regressu», item latere dextra et sinistra, porrectiones non minus in altitudinem extollebantur et in imum inclinatione demittebantur. Quae quidem inmutatio multum adficiatae similitudinis veteri testudini ad recentem currum Tanke.*

f) *Quamvis nullibi essendum vel esse-dam inter machinas bellicas videris, non esset abs re inter eas enumerari plaustra in bello adhibita, militum plena, ex quibus tela*

(1) *Vide fasc. superiore, p. 55.*

tanks, vidi... a *cynematographo* oculis meis subiectas!

Quid ex adverso de tuo *essedo*, vel *esseda?* *Essedum*, *Essedam* inter plastrum semper, licet in bello adhibita, nunquam vero inter machinas bellicas, (f) quam quidem longe lateque inquisiverim, inveni; plastrum, inquam, militum plena, quae cum equitibus citato cursu procederent; qui milites opportuno tempore inde desilirent et proelium peditibus commiterent. Quidquid? Audiamus Caesarem rem nitidissimis coloribus depingentem: (1) «Genus hoc est ex essedis pugnae: Primo per omnes partes per equitant (Britanni) et tela coniiciunt atque ipso terrore equorum et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant; et quum se inter equitum turmas insinuaverunt, ex essedis desiliunt et peditibus procliantur. Aurigae interim paullatim ex proelio excedunt, atque ita currus collocant, ut si illi a multitudine hostium premantur, expeditum ad suos receptionem habeant. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum in proeliis praestant, ac tantum usu cotidiano et exercitatione efficiunt, uti in declivi ac praeceps loco incitatos equos sustineri et brevi moderari ac flectere et per temonem percurrere et in iugo insistere (2) et se inde in currus citissime procurrere». (3)

Caesar ipse praeterea ulterius in argumento insistit: «Toto hoc in genere pugnae – ait – (4) quum sub oculis omnium ac pro castris dimicaretur, intellectum est, nostros propter gravitatem armorum, quod neque insequi cedentes possent, neque a signis discedere audent, (5) minus aptos esse ad huius gene-

(1) Bell. gall., IV, 33. Praecedens caput hisce verbis absolverat: «Reliquos (nostros) incerti ordinibus perturbarerant, simul equitatu atque essedis circumdecederant» Atque prius (cap. 24) dixerat: «At barbari consilio Romanorum cognito, praemissis equitatu et essedariis, quo plerumque genere in proeliis uti consuerunt, reliquis copiis subsequuntur, nostros navibus egredi prohibebant». – (2) Scilicet equorum, essedo adiutorum. – (3) Hinc, ni fallor, colligere quoque possumus illiusmodi currus et in anteriore parte esse patentes! – (4) Bell. Gall., V, 16. – (5) Quemadmodum nempe esset necessarium, ut essedarios persequerentur, eosque oblique ac seorsum vexarent,

conficiebant ut ostenditur in verbis Caesaris, quas inferius adfers: Genus hoc est ex essedis pugnae, cet....

g) *Has omnes accipio libenter in essedo significaciones ut magis vox illa Tankē congruere videatur.*

h) *Ergo prius quam ad hos usus transferretur, essedum erat tantum ad bella commitenda. Quid igitur ridiculi videre contendis, si ad originarium vocis sensum configio ut eam transferam ad rem nostra memoria inventam?*

i) *O verbum suavitate plenum!*

j) *Evidentissime!*

k) *Doleo satis errasse te in divinando viro qui, ut ait, aculeato dente ante annos duos, pro diuturnum dolorem! te carpsit. Neque, ut puto, locus erat errori, cum auctor proprio nomine articulos omnes, qui sub rubrica Nova et Vetera veniunt, semper subscripterit, quemque in responsione ad tuas eundem esse ex contextu clarissime arguere potueras, cum diceret: «Quae cum ita sint, egone qui ocularium, objectivum, an potius tu novatorem egisti qui speculatorium et lenticulam invexeris? Ille vero in cuius caput incidit deprecatione tua proprio calamo tibi continenter rescribere gaudet.*

EMMANUEL JOVÉ, C. M. F.

### **Hdephonsus González, C. M. F. Josepho Fornario, cl. v., S.**

*Me officium adigit verique amor ac studium, nonnulla ut rescribam tibi de eo paragrapho, qui novissimus adjuncta in adnotatione tua venit. Rei causam tu, pro tua sapientia, perpendes.*

*Duo, pace tua, ille paragraphus peccat: primum quod hominem insontem lassessat; deinde quod seram, eamque non ita solidam, reclamationem proferat. Et enim in nostrum Em. Jové tu avito quodam respectu inreheris, cum egomet ipse fuerim, quite, duobus fere abhinc annis, in Palaestra, moderatore certe quo potui animo, impugnavi. Perge igitur, porro eum tibi addic-tissimum habere atque semper vocare «o rerum dulcissime»; iis enim in rebus seu nominibus, de quibus lis erit, sententiarum discrepantia, cordium adferre disjunctio-*

ris hostem; equites autem magno cum periculo proelio dimicare, propterea quod illi etiam consulto plerumque cederent, et, quum paululum ab legionibus nostros<sup>(1)</sup> removissent, ex essedis desilirent et pedibus dispari proelio contendenterent.» Prosequitur, in sequenti capitulo, enarrans quomodo insequentie die hostes Romani repulerint ut «neque sui colligendi, neque ex essedis desiliendi facultatem dederent». Quibus revocatis, quid inter essedas et tanks reapse interceptare possit, ipse videas.

An ad etymon configiendum? At si Forcellinius, dat illud: «cum impetu feror», id de vehiculo etiam biroto, ut ipse *essedam* designat, affirmari valet. Quin imo Scrivellius, a quo probabiliter eadem significatio ab auctore desumpta est, habet prius: «Ruo, prosilio». Magis autem specifice Josephus Müller in lexico suo, sub voce αἴσσω haec habet: «Intransitive (dictum de quovis motu rapido, vehementi) celeriter surgo; celeritatem adhibeo; effuso cursu curro; irrumpo; (g) transitive: celeriter moveo; vibro». Quod si, juxta Forcellinium, ex graeco αἴσσω venit quoque Italicum *alzzo*, hoc latine sonat: «Incito adversus aliquem: instigo; stimulo; inflammo», et similia.

Neque satis. Forcellinius enim notat essendum, vehiculum illud birotum, paulatim in usum Romanorum transisse... ad quid? «Tum ad itinera, tum oneribus vehendis», (*h*) pluraque affertercriptorum effata, inter quae Ovidii illud:<sup>(2)</sup>

Seu rate caeruleas picta sulcavimus un-  
Esseda nos agili sive tulere rota. [das;

Eho! finge tibi cum Ovidio aliquem in tank deambulantem!...

Haec, o rerum dulcissime, (*i*) habui quae tuis animadversionibus currenti calamo (*j*) obicerem: ac spero futurum ut inde mihi non succenseas, quemadmodum tibi (*k*) contigit quum *pinnam* a telescopio tuo reieci, contentus lente speculatoris illius instrumenti minimam appellari *lenticulam*. Aculeato nimis

nem nullatenus debet. Haec tibi ego adstrictus officio exposui. Nunc autem de reliquo in me tuo paragrapho dicam.

Sic ipse scribis: «spero futurum ut inde mihi non succenseas, quemadmodum tibi contigit quum pinnam a telescopio tuo reieci». Alicujus tu si inpugnare sententiam succensere vocas, adsentior equidem tibi; sed id tibi erat probandum, quod de succensione mea adfirmas. Te rejecisse pinnam dicas; at pinnulam rejecisti. De telescopio hic agis; me autem de microscopio dixisse, memento. Re quidem vera et pinnulam et alia rejecisti de microscopio meo vocabula; verum nihil adhuc quod sciam, ea, qua decebat, lege de mea responsione, pulvere jam obruta, quam nunc obiter improbas, dixisti.

Prosequitur ille tuus paragraphus: «contentus lentem speculatoris (speculatorii?) illius instrumenti minimam appellari lenticulam». Nulla adest ratio, cur appelles «l'objectif» lentem minimam, cum naturalis instrumentorum sequatur. Sic in microscopio «l'objectif» est minus quam «l'oculaire», sed in telescopio contrarium evenit. Hinc lenticula non quadrat cum «l'objectif».

Et addis: «Aculeato nimis dente me tum carpsisti de noto frutice ludificans». Ea meae responsionis erant verba: «Nec ideo dumtaxat est impugnanda vox *pinnula* (vocis πίφιόν etymologica versio), quod in lingua Plinii et Columellae longe aliud sonet; ne alia exempla adducam, animo illud adverte, quod *pinnula*: *pinna* (merlo)=lenticula: lens (lenticchia). Quibus, rogo, in verbis ludificatio adest? Quibus acrimonia sermonis? Nihil hoc loco de usu fruticis verbi.

Sic vero finis adnotationem: «at, tuo impetu tractus, —(αἴχθεις νεροῦ)— minime fortasse cogitasti, eiusmodi legumen ob ipsam parvulae lenti formam lenticulae vulgare nomen accepisset» Nihil de impetu, de quo loqueris, nec probas. Quod ad *parvulam*, de qua dicas, lentem, idem ea est, aut multum fallor, ac «parvulum vitrum speculatorium». Jam vero, si res sic habet, anachronismo non exiguo laborat assertio tua.

(1) Scil. equites. —(2) Ex Ponto, II, X, 33-34.

dente me tunc carpsisti de noto frutice ludificans; at, tuo impetu tractus-(*αἰχθείς* ne?)—minime fortasse cogitasti, eiusmodi legumen ob ipsam parvulae lentis formam *lenticulae* vulgare nomen accepis- sel.

Vale.

I. F.

*Non enim lens (legumen) neque lenticula (legumen) sumpsit nomen a lente (speculari) neque a lenticula (speculari), sed e converso. Romanis enim lens numquam, quod sciam, sonabat vitrum speculatorium.*

*Atque hic finem facio ac spero futurum, ut in posterum non alium verbis tribuas sensum, ab eo, qui ex illis inmediate emergat. Tuae tandem dexteræ meam libentissime porrigo dexteram, tuamque amicitiam retinere me non recusabis. Vale.*

## Conloquium in Schola

### Ad unguem

(MAGISTER ET DISCIPULI)

M.—*Adverbiorum lectionem mirifice hodie addidicistis omnes: in praemium vobis hunc adjero libellum (libellum ostendit).*

D.—(Omnes interpellant) *Mihi esto... mihi... mihi...*

M.—*Eum omnes aeque meruistis neque omnibus tamen dare valeo. Illi igitur erit qui prius ac melius mihi ad id quod interrogavero responderit. De uno ex adverbii quaestio erit, quae hoie cerebris vestris mandastis. Convenit?*

D.—*Utique, Magister; sic placet. Proponatur nobis quaestio.*

M.—*Videamus: quare cum rei cuiusdam perfectionem ponderamus, eam «ad unguem» dicimus factam? Hujus locutionis sensus est translaticius et ab sculptoribus desumitur, praesertim marmorariis. (Recogitant omnes paulisper).*

PAUL.—*Tua venia meam qualemcumque solutionem exponam.*

M.—*Sit illa sicut prompta et pertinens. (Surgens statim aliis) Exspecta ut loquatur Paulus; deinde loqueris et tu et ceteri per orbem et ex ordine quo surrexeritis.*

### A perfección

(PROFESOR Y DISCIPULOS)

P.—*Todos habéis sabido hoy la lección de adverbios a maravilla y en premio traigo este librito... (Se lo enseña).*

D.—(Todos interrumpen) *Para mí, para mí!*

P.—*Todos os lo habéis merecido igualmente, pero no a todos os lo puedo dar. Será para aquél que me responda antes y mejor a una pregunta sobre uno de los adverbios aprendidos hoy de memoria; ¿estáis conformes?*

D.—*Sí, sí, señor Maestro, que se nos propongala pregunta.*

P.—*Vamos a ver; ¿por qué al querer ponderar la perfección de una cosa decimos que está *ad unguem*. El sentido de dicha frase es trasladado y se toma de las esculturas en mármol principalmente. (Discurren todos un rato).*

PABLO.—*Con su venia expondré mi solución.*

P.—*Que ella sea tan acertada como pronta ha sido. (Levantándose en el acto otro). Espera que Pablo hable, después hablarás tú y los demás por turno y por el orden con que se levanten.*

P. — *Rem dicimus «ad unguem» esse factam ut vel in minimis adjunctis perfectam esse significemus.*

M. — *At vero, quidnam in ungue reperis commune cum marmorea sculptura?*

P. — *Atqui res perfecta vel in minimis est sicut marmoreum simulacrum, cum vel in partibus contemptioribus, ut sunt unguis, adperet summa cura.*

M. — *Subtiliter dixisti, at non vere. Videamus quo modo rem explicet Andreas.*

ANDREAS. — *Id sibi vult locutio ad unguem, sculpturis marmoreis primario adpliata, quod sculptura tum est perfecta, cum quotiens quis eam adspicerit in admirationem crescat more ungium qui in dies magis magisque crescunt. (Omnes risus tollunt).*

M. — *Lepida quidem explicatio quae, nisi falsa esset, ob calliditatem sibi posceret praemium.*

A. — *Sine igitur me quidquam cogitare amplius. Si vera non est illa rei explicatio, succurrat mihi modo alia, quae sit sine dubio vera.*

M. — *Videamus ergo.*

A. — *Imago marmorea est vere perfecta suppressis vel minutis maculis quae sunt velut longae ungium extremitates, quas ideo recidimus ut perfectas manus habeamus. (Risus).*

M. — *Annum cogitare debebas ut tam ingeniosas inveneris explicationes.*

A. — *Neque hac vice rem acu tetigis?*

M. — *Profecto non attigisti. Vos autem quid? (Nullus audet amplius quid addere). Cum tandem nemo ex vobis explicationem attingat, ego solutionem praebebo et postea libellum sortiemur: Ad verbum ad unguem a lapicidis et marmorariis transfertur qui ungue suavitatem marmoris experiuntur.*

PABLO. — Decimos de una cosa que es *ad unguem* para significar que es perfecta aun en sus pormenores.

P. — Bien, pero ¿qué relación se encuentra de la uña con la escultura de mármol?

PABLO. — Pues que dicha cosa es perfecta en sus pormenores, como una imagen de mármol cuando se nota esmero aun en las partes más despreciables, cuales son las uñas.

P. — La solución es ingeniosa pero no es verdadera; a ver Andrés cómo lo resuelves.

ANDRÉS. — Quiere decir la expresión *ad unguem* aplicada originariamente a las esculturas marmóreas, que una escultura era perfecta cuando cada vez que uno la miraba crecía su admiración, al modo que las uñas van creciendo más cada día. (*Risas generales*).

P. — Donosa explicación que si no fuera desacertada merecería el premio por lo graciosa.

A. — Déjeme discurrir otro ratito. Si esta no es la solución verdadera, ahora se me ocurre otra que lo ha de ser sin duda.

P. — A ver, pues.

A. — La imagen de mármol es en verdad perfecta quitados ciertos defectillos, como uno que tiene las uñas largas se las corta para tener perfectamente limpias las manos (*Risas*).

P. — Ni que estuvieses todo un año discurriendo respuestas tan graciosas.

A. — ¿Ni aun esta vez he atinado?

P. — No has atinado la verdadera respuesta. Y vosotros, ¿qué decís? (*Nigunno se atreve a añadir palabra*). Pero en fin veo que nadie lo explica; así os diré yo la solución y después rifaremos el librito. La frase adverbial *ad unguem* se ha tomado de los picapedreros y talladores de mármol los cuales con el dedo prueban la finura del mármol.

## Per orbem

**Centenaria Dovii Commemoratio.** Cervariensis Academiae praesentes incolae Raimundum Lazarum de Dou, ultimum ejusdem Cancellarium, postridie Idus Decembres anno proxime transacto sollempniis honestarunt. Sane Palaestra nostra debitum tribuit honorem viro Latinitati meritiissimo; nihilominus plurimum placet acta centenario die obitus illius brevi calamo recensere. Mane sollempne Officium in Collegiata Cervariensi celebratum est, cum funebri elogio a R. P. Rectore, Frederico Codina elegantissime dicto. Vespere actus Academicus sollemnissimus in aula Universitatis, in quo Dovii Jurisprudentia, vita integerrima et actuosissima prae oculis adstantium virorum cultissimorum quasi depicta est. Locum specialem nobis meretur locupletissima dissertatio a nostro Moderatore, exposita circa Dovium humaniorum litterarum cultorem. Abs dubio R. L. de Dou Latinitatis cultor disertissimus exstitit, elegantissimoque sermone usus est; adeo ut a coaevo viro non immerito «Cicero Cathalaunicus meruerit nominari.

**Quattuor sculpturae in villa Adriana inventae.** Plus quam 300 sculpturariae artis opera Villa Adriana musalis antiquitatum adportavit, in quibus Adriani praedilectio pro arte Graeca patet. Nunquam sane Romae tot exemplaria Graeca aut Hellenica visa fuerant. Nuper R. Paribeni quatuor sculpturas Graecas illustravit in «Notizie degli scavi di antichità.» Hae sculpturae sunt: 1) Caput «Hypnos Praxitelis; 2) Caput Amazonis; 3) «Truncus atletae, qui tempora vitta sese coronat ad instar «Anadoume-

nos» Fidiaci et «Diodumenos» Polycleti. R. Paribeni tamen censem hoc exemplar ab aliquo originali his nobilioribus operibus Fidiae et Polycleti antiquorum desumptum esse, immo ipso «Kyniscos» ejusdem Polycleti, quod nonnulli tamquam primum exemplar statuae sese tempora cingentis habuerunt. 4) Demum fragmentum exhibet clarissimus Pariberi cuiusdam toreumatis Attici, quod forsan Mercurium repreäsentabat tres deas ad judicium Paridis ducentem.

**Antiquité Classique.** Philologi et Archaeologi Helvetici ephemeridem novam quam «Antiquité Classique» nuncuparunt, nuper instituerunt, quae «Musée Belge» sufficiet. Scopus hujus novae publicationis est de rebus classicis disserere.

**Dialogi Latini.** Latinitatis veri cultores, qui nihil dulcius nihilque suavius quam linguam Latii invenerunt, semper, omnibus rebus et omnibus rationibus ejus usum et studium fovere curant. Perlibenti animo certiores facti sumus de ardore quem in aliquibus Conlegiis et Seminariis Palaestra nostra suscitavit dialogis suis et exercitationibus, ita ut feriis Nativitatis Domini in scaenam aliqui dialogi sint adducti: omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Animus non solo risu delectatur; immo nostro certe judicio magnum adfert adjumentum educationi et formationi indolis delectatio, quae non est mera delectatio, sed quae simul utilitatem practicam tum menti tum condicioni status uniuscujusque consulit. Exemplum omnibus imitandum propagandumque proponimus.

R. PASTÓ, C. M. F.

## Bibliographia

**Juxicus-Beccher.** *Der lustige Lateiner*, edit. Ferd. Dümmler, Bonn, pag. 64, preium 2,25 RM.

Plus fortasse quam animadvertisunt humanioribus litteris instructi, homines lingua Latina utuntur atque voces et phrases quae jam diu emortuae credebantur re vera sermoni familiari intexunt. Quod comperientes Juxicus (lege Winterstein) et Beccher patienti labore multas et voces et phrases et sententias Latinas, quae joci aut ludi gratia usu veniunt, in pulcrum libellum «Der lustige Lateiner» congeserunt atque linguae Latinae amicis addixeront eo paeto, ut alacri animo etiam in lingua communi his antiquorum gratiosis ingenii fructibus nunc quoque sermonem nostrum ornemus. Studioso auctori gratiam referendam putamus pro opusculo tam laude digno.-ALEXANDER SCHVIENTEK, C.M.F.

### Florilegium Patristicum.

Fasc. XV. S. Ambrosii Mediolanensis Episcopi—*De obitu Satyri fratris laudatio funebris*.

Inter eas quae supersunt Sti. Ambrosii Mediolanensis Episcopi orationes, laudatio eminent, quam in Satyri fratris defuncti memoriam anno c. 378/77 protulit. Quam si accuratius inspiceris nullo negotio perspicies eam proxime accedere ad illas gentilium laudationes, quae Romae praesertim nobilium virorum funeribus habebantur. Neque enim generis nobilitatem laudat Ambrosius, neque maiorum extollit facinora, neque divitias honoresque commemorat, quibus defunctus Satyrus frater functus est;

laudat vero animi excellentiam atque praestantiam omniumque virtutum exempla. Ex hac oratione quantum Ambrosius in studia profana proficeret percipimus eumque non tantum pium, sed etiam doctum cognoscimus: oratio enim plena est verborum dictorumque, quae Ambrosius sive a poëtis Horatio vid. et Vergilio, sive ab aliorum scriptis consolatoriis Ciceronis puta, Senecae, Plutarchi, sive ab aliorum scriptis profanis Sallustii, Taciti pietii.

Dr. Paulus Bruno Albers qui hunc fasciculum edidit, adnotavit, praefatus est, contionatoribus catholicis aliquique Patrum catholicorum amansimis magnum praestitit commodum.

Fasc. XVI.S. Pachomii Abbatis Tabennensis Regulae Monasticae, accedit S. Ortiesii Doctrina de institutione monachorum.

In hac editione omnes regulas quae Sti. Pachomii nomine habentur, Dr. Paulus Albers publici juris fecit. Primo regulam, quam S. Hieronymus in Latinam linguam ex Graeca vertit, deinde alias interpretationes, quae Graeca praesertim lingua posteris traditae sunt, ultimo S. Ortiesii, S. Pachomii in Tabennensis monasterii regimine successoris, doctrinam de institutione monachorum, quam ipse S. Ortiesius monachis moriens reliquit. Auctor hujus fasciculi, praefter codices principaliiores, editiones etiam praecipuas, quae ad disciplinam S. Ortiesii spectant, adcurate ac diligentissime recensuit.

J. M.<sup>a</sup> JIMÉNEZ, C. M. F.

## Exercitationes Scholares

### **Voluptas sceintiae**

(Ann. III, num. 21)

Doctrina Archimedis mathematicis tantum artibus non erat definita. Argentarius quidam cum coronam regiam quae mere aurea futura erat, cupro et auro conflavisset, arcanum ad id tempus ignotum, hodie vero notissimum, fraudis deprehendendae invenit Archimedes. Tantam exinde dicitur auxisisse voluptatem ut, nudum se esse non advertens animo, subito ex balneo prosilierit, clamans: inveni, inveni: *Heureka!*

RUFINUS GIL

*Oniati in Guipuzcoa.*

### **El perro marino y la ballena**

(Ann. III, núm. 21)

Dícese de antiguo que el perro marino es el más voraz de todos los animales, pero que con más gusto suele cebarse en los alimentos de color blanco. La ballena, por el contrario, dice: Para mí todos los peces, sean blancos o negros, son bocado grato y exquisito. En las orillas del mar ibero, cerca de las columnas de Hércules (el estrecho de Gibraltar), cierto explorador divisó un perro marino a flor de las aguas profundas. Embarcados en una nave, van con cautela hacia él los pescadores llevando consigo un saquito lleno de carne con un agudo anzuelo dentro, envuelto todo en un retazo de paño blanco, que ocultaba el engaño y las asechanzas, y se lo arrojan al animal en las aguas por medio de un cable. Lanzase aquél con avidez al cebo, y tragándolo de un solo bocado, se traga su propia muerte; pues enganchado en el férreo anzuelo es arrastrado a tierra y allí perece.

La ballena, que desde lo alto había observado todo, grita: «Tu voracidad te ha perdido».

ALFONSO PRIETO

*Oniati in Guipuzcoa.*

### **De scientiae voluptate**

Archimedis doctrina non erat mathe-si sola definita. Cum argentarius quidam auro cuprum conflavisset in regis corona, quae tota facienda ex mero auro erati arcanum doli cognoscendi invenit ad id tempus ignotum, nunc autem facillimum Tanta inde voluptate adfectus esse dici-tur, ut nudum se esse non advertens animo, subito ex balneario exierit incla-mans: inveni, inveni: *Heureka!*

JACOBUS CATÁ, C. M. P.

*Barbastri in provincia Oscensi.*

### **El pez Can y la Ballena**

Cuéntase de antiguo del pez can que es el más voraz de los animales y que su bocado más exquisito es la carne blanca. En cambio dijole una vez la ballena: Cualesquiera que sean los pececillos, blancos o negros, son para mí sabroso manjar. Cierto explorador desde las playas españolas cerca de las columnas de Hércules había visto en alta mar un voraz can marino. Unos guardias tripulan una embarcación en la que llevan una redecilla plegada llena de carne con un agudo anzuelo, envuelto todo en un paño blanco. Echan al fiero animal en las aguas el engaño atado con una cuerda. Aquél se arroja con avidez abriendo una boca desmesurada hacia la presa mortífera. Clavado el garfio en la garganta del pez es arrastrado éste a tierra donde muere. La ballena que desde alta mar había visto estas cosas le grita: tu voracidad te ha perdido.

JESÚS PALAU, C. M. P.

*Barbastri in provincia Oscensi.*



## Compositiones Vertendae

### Elio Tuberón y el Picoverde

Hallándose en el foro Elio Tuberón, pretor urbano, haciendo justicia (1) al pueblo, colocóse (2) sobre su cabeza un picoverde (3) tan mansamente que podía ser cogido con la mano. Preguntados los adivinos respondieron que se presagiaba la destrucción del imperio si le soltaba o la del pretor si le mataba (5). Al punto el pretor despedazó (6) el pájaro y no

tardó en cumplirse la predicción (7), pues la familia Elia vió morir a diecisiete de sus hijos en la batalla de Canas; la República en cambio, andando el tiempo, sobrepasó (8) las más altas cumbres del poder.

#### Notulae

(1) Jura reddere; (2) sedeo-ere; (3) picus i; (4) portendo-ere; (5) exanimo-are; (6) concerpo-ere; (7) prodigium; (8) sumnum fastigium excedere.

### Piscatores, Fortuna, Cantrix, Canis Marinus

Paupertas et divitiae incerto eunt pede.  
Fortunam saepe probrosis (1) sermonibus  
duo piscatores impetebant (2) maxime.  
Illi videndum se tandem illa praebuit,  
celeri innixa rotae, conclamavitque fugiens:  
Absit (3) vindicta: extollar vestris laudibus.  
Americae ex oris terram dum petit Italiam  
cantrix formosa, scaenae sueta diviti, (4)  
navi delapsum ponto jam videt obrui  
catulum, delicias dulces, (5) quem morti volens  
subtrahere velox, ipsa in undas proruit,  
dum tamen ille natat. Feminam excepturi erant (6)  
spectantes nautae: Sed marinus en canis  
praeripit (7) insurgens, catulum pariter devorans.  
Die sequenti piscatores ceperant  
horrendum monstrum: cum scindunt (8) securibus,  
revelat estomachus thesaurum omnem muliebrem,  
innaures, gemmas, armillas auro graves, (9)  
comae magnificas vestiumque fibulas;  
suo pro ingenio (10) nam fuit (11) ornatissima,  
Fortuna rursus: (12) Nunc extollar laudibus.

#### Notulae

(1) Injurioso. — (2) Embestir. — (3) Lejos de mí el vergarme. — (4) Escenario aristocrático. — (5) *Catulum, delicias dulces, casus adpositionis.* — (6) Estaban a punto de sacar, — (7) Suppl. feminam. — (8) Suppl. monstrum. — (9)

De oro macizo. — (10) Segundo su condición. — (11) Era. — (12) Suppl. inquit.

---

**Prof. Emmanuel Jové, C. M. F.**  
**Moderator**

---

**Typographia F. Camps Calmet. — Tarrega**